



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Actus oblationis vel puræ intentionis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55294)

*Celebrandi Missam. 45.*

militer deprecando eorum remissionem, efficacem gratiam ante mortem, agendi poenitentiam.

*Actus oblationis vel pura intentionis.*

**P**Ræterea Domine mi, in unionem illius ardentissimi amoris, & purissimæ intentionis, cum qua te ipsum nobis dedisti in cibum nostrum in ultima Cœna, atq; in ara Crucis obtulisti te ipsum in Sacrificium: offero tibi Domine hoc meum Sacrificium, & cum eo me ipsum totum in sempiternum tuum honorem & gloriam. Atque in locum exiguæ meæ præparationis & medicæ

D. 3. de.

deuotionis offero illam profundam humilitatem, charitatem, & puritatem, cum qua tua sacratissima Mater, ac ceteri tui deuoti ferui, ad hoc diuinum accefferunt Sacramentum: & cum qua tui sancti Apostoli, & reliqui sancti tui Sacerdotes, à principio tuæ institutionis, vsque in præsentem diem tibi obtulerunt, & de præsentem tibi offert vniuersalis Ecclesia Catholica, Amen.

Determinabis pro quo hoc tuum offerre vis Sacrum, & pro quibus personis vel necessitatibus orare proponis, & illos Domino commendabis.

Vltimò recordaberis alicuius Mysterij vitæ ac Passionis

Do-

*Celebrandi Missam. 47*

Domini nostri Iesu Christi, in  
hunc qui sequitur modum.

*Mysteria Vitæ ac Passionis  
Domini nostri, Iesu Christi con-  
sideranda ante Sacrificium  
Missæ.*

Quia Sanctissimum Missæ  
Sacrificium à Christo Domi-  
no nostro fuit institutum in  
sanctissimæ Vitæ, Passionis ac  
Mortis suæ memoriam, ideo  
debet Sacerdos, ante & post il-  
lud, particularem etiam alicu-  
ius Vitæ ac Passionis mysterij  
facere memoriam: quod ut  
facilius possit exequi, distri-  
buemus per singulos hebdo-  
madæ dies mysteria principa-  
liora duo, alterum ante, alte-  
rum post S. Missam. Facien-  
da erunt tria. Primum, illa